

## Universitätsbibliothek Paderborn

**R.P. Francisci Arias, Societatis Iesv Theologi, De Oratione  
Mentali Et Mysteriorvm Vitae D.N. Iesv Christi &  
benedictae Matris eius meditatione**

**Arias, Francisco**

**Coloniae Agrippinae, 1616**

Cap. VI. Eadem acquiri stabilitatem cordis, omnium virtutum  
perfectionem, & exteriorem munditiam.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-48934](#)

34 EVE CIT. FRANC. ARIAS  
dirumpi, & in fumos evanescere. Quod  
autem & ipsum spiritale gaudium re-  
scatur ex contemplatione Dei pater-  
nis, iam iam ostendemus.

C A P V T . V I .

Exercitio diuinæ præsentie acquiri sal-  
tatem cordis, omnium virtutum per-  
ditionem, & exteriorem mun-  
ditiam.

**T**er præstantissima bona, que si-  
eta hac exercitatione cōparantur  
merito numerari quoque posse  
firmitas & stabilitas nostri cordis. In  
primis constat hominem eo fine or-  
ditum, ut in hac vita Deo firmi-  
coniungeretur per contemplationem  
& amorem, in altera vero, cœlesti po-  
claram visionem. Postquam autem pe-  
ccatum se à Deo separavit, & ad cri-  
turas conuertit, quietem suam qua-  
re cœpit in ipsis, nec tamen in qua-  
non fuit, sed nec earum vila cupido  
tem eius expiere potuit. Vnde facta  
est, ut cogitationes suas, & desideria  
nunc in hanc, nunc in illam translo-  
rens lapsus sit in magnam cordis

Habilitatem, quam deplorat Propheta  
Ieremias, dicens: *Peccatum peccauit Hierusalem, propterea instabilis facta est, errans ab uno loco in alium: ac in anima quidem varijs rerum terrenarum cupiditatibus, in corpore crebris exilijs, & incarcerationibus diuexata.* Atque hinc mox consecuta est cordis diuisio. Tot enim eius diuisiones sunt, quot res sunt caducæ, ad quas cogitationes & studia sua conuertit: & quoniam diuisione res destruuntur & consumuntur, factum est, ut cortandem extingui debuerit morte culpæ & poenæ æternæ, ut testatur Oseas Propheta, dicens. *Dis. Ose. 10.*

*Si sum est cor eorum, nunc interibunt. In hunc calamitosum statum incident, præcipue illi, qui in lethale peccatum sunt prolapsi: hi enim prorsus sunt disulsi à Dei amore, & in anima mortui sunt morte culpæ, & poenæ æternæ impendentis.* Incident quoque suo modo multi serui Dei, qui quoniam plus æquo addicti sunt amori rerum terrenarum, ita tamen, ut ad grauitatem peccati mortalis non perueniant, in precibus alijsq; actionibus mente distracti sunt, inquieti, mutabiles, inconstientes, & proximi periculo lechaliter delinquendi.

Hæc mala, damnaque nullo efficaciori  
antidoto auerti possunt, quia  
hoc sancto præsentie diuinæ exercitio  
Cum enim animus noster crebro co-  
gitationes suas, ac desideria at tollit  
Deum, conuersando cum illo, & qua  
familiaritatem inceundo, sensim seca  
litur, & confirmatur, eo quod ab his  
etius sit à rebus creatis mutationi &  
stabilitati obnoxij, coniunctus ven  
personæ diuinæ incommutabili & in  
mortali. Quando enim nauis in me  
vi ventorum, fluctuumque hinc in  
tam vehemēter iactatur, ut periculis  
sit, ne vel in scopulum impingat,  
submergatur, præsentissimum rem  
edium est, ut fortissimæ alicui anchore  
alligetur, ne loco moueri amplius pos  
sit. Sic quando mens nostra in hu  
mudi Oceano varijs & periculosis  
gitationum, cupiditatumque proce  
cum discrimine damnationis exten  
exagitatur, saluberrimum antidotum  
est, eam applicare, & alligare ad an  
cam diuinæ præsentiae, atque ita pa  
latim ad stabilitatem & constan  
cordis tanti à sanctis & iustis asti  
tam, Deoque gratissimam aspira  
Quam ob rem in verum serum De  
optimè quadrat illud Ecclesiastice

ARIA  
nullo effe-  
cunt, qua-  
ne exercita-  
re crebro ce-  
ta attollit in-  
illo, & qui-  
ensim ita  
quod ad fin-  
rationi &  
unctus va-  
utabili & in-  
auis in me-  
ue hinc in-  
pericula  
spingat, i-  
cum rem-  
cui anchor-  
amplius po-  
tra in hu-  
ticulosis  
que proce-  
onis aten-  
antidoco-  
are ad an-  
que ita pa-  
constantia  
stis asti-  
n aspira-  
terum D-  
esiastra-  
mo

DE PRAESENT. DEI. 37

mo sanctus manet in sapientia sua ficit sol: c. 270  
stultus autem vi luna mutatur.

S.Catharina Senensis, solitudinis & Raimundi  
secessus amans, cum à parentibus con- in vita,  
tinuis laboribus noctu diuq; occupare-  
tur, à Deo docta contra animi distra-  
ctiones hoc vsa remedio est, vt cor suū  
loco cubiculi haberet, in quo præsen-  
tem Deum assidue cerneret, & cum eo  
colloquia misceret: sic enim obtinuit  
firmissimam & stabilem cum illo vniōnem  
vt nullo externo labore vel fatigatio-  
ne distrahi mēte posset. Idem consiliā  
postea & verbis & scriptis communi-  
cauit alijs religiosis foeminiis, affirmās-  
t in cordis cella esse verē regnū Dei per  
gratiā, ibi Christum cum suis inspi-  
rationibus cœlestibus fixisse sedem.  
Felix profectō ille qui cum hac sollici-  
tudine vitam traducit, vt tam intus,  
quam foris præsentem sibi Deum con-  
templetur, in eum omnes cogitationes  
fiuas, vota & desideria referat: nec e-  
nim fieri potest; quin anima illius om-  
nium virtutum, donorumque cœle-  
stium copia circumfluat. Quotiescun-  
que enim seruus Dei hoc modo ad  
Deum cor suum eleuat, & nouo affici-  
tur beneficio, & gratiam ampliorem  
promeretur, & proprius se adiungit

B 7

Deo,

38 EXERCIT. FRANC. ARIAE

Deo , ac proinde & efficacius de eius  
lumine, bonitate, fortitudine, carent  
que diuinis perfectionibus hauit.

In vita Dosithei narratur, ei inter  
ceps era documenta spiritualia hoc fa  
se à magistro suo S. Dorotheo tradit

Nunquam in corde tuo memoriam Dei de  
pone , cogita illum semper stare coram te,  
te coram illo . Ipsum autem deinceps  
mne studium adhibuisse , vt obser  
ret , & ideo nunquam memoriam eu  
siue sanum, siue ægrum deposuisse, in  
peque in intimo cordis orationibus a  
culatorijs eius opem implorasse. No  
nūquam enim sic breuiter precabatur  
Domine Iesu Christe, miserere mei. Ad  
lias sic; Fili Dei adiuua me: alia alia  
atque hac sancta exercitatione inter  
quinquennium , ex adolescentie quo  
dam milite flagitioso, in virum perfic  
tum evasit , datusque tandem habi  
tus est , qui adscriberetur in numerum  
sanctorum cum Deo in cœlis regan  
tium.

Iam verò hæc Dei memoria, hic de  
uinus intuitus , non solum compone  
& moderatur hominem interior  
soli Deo conspicuum, verum etiam ex  
teriorum hominibus notum. Quem  
admodum enim honoratior aliquis

Doroth. in  
Vita.

ARIAE  
cius de eius  
ne, cæstis  
hauit.  
ur, ei inter  
dia hocfa  
eo tradit  
riam Dei  
coramit,  
deinceps  
ut obser  
oriame  
bosuisse, is  
ationibus  
brasile. No  
precabar  
ere mei, de  
alias alia  
tione imm  
cente quoq  
irum perfic  
ndem habi  
numerun  
lis regnat  
ria, hicde  
compon  
nterior  
n etiam  
. Quem  
or aliquis  
fum

DE PRAESENT. DEI. 39

Principis famulus nulla alia recom  
modius in officio continetur, ut hone  
ste, compositè & modestè se gerat, quā  
si intelligat se à Domino suo videri, ac  
sedulò etiā obseruari: sic nullo anno mo  
rito seruus Dei efficacius in consuetis  
pietatis functionibus retineri poterit,  
quam si meminerit se in conspectu Dei  
versari. Sicut astra coelestia à sole præ  
sente, in quem obuersa sunt, omnem  
splendorem mutuantur, quo in se ful  
geant, & alijs fulgorem subministrent,  
atque adeò in terris suum effectum ha  
beant. Sic homines iusti & pii, qui in  
star stellarum in Ecclesia Dei collu  
cent, ex continuo Dei, quem præsentē  
oculis mentis cernunt, conspectu lu  
mine diuino illustrantur, omniumque  
virtutum verarum solidarumque splé  
dorem etiam communicant alijs. Qua  
te merito dixit Sapiens: *Beatus vir, qui  
in sapientia morabitur, & in sensu cogitabit Eccl. 14.*

CAPVT VII:

*Quod exercitio præsentiae diuinæ lætitia &  
consolatio spiritualis oblineatur.*

*A*d continuandum vitæ spiritualis Tract. 5 p. 2.  
*A*c cursum non exiguum momentum c. 13 & 14.  
ha-